

scientiā, tum maxime theologica subtilitate firmatos, quā
 alteri Aristoteli, alteri Platoni, & admirabatur, & ad-
 mirantur. Fingat primum nunquā fuisse Aristoteli, de-
 inde non pernitiosos Platonis codices, nequē inanē illā
 garrulitatē, sed Aristoteli, non minoris, apud græcos, quā
 apud persas, apud arabes, aut latinos fuisse & statim uir-
 debis, nec hos in tantā humanarū diuinarumquē rerum
 perspicentiā, in tantā uiuendi copiā, ordinandi modū,
 dicendi facultatem euadere, nec illos in tantum igno-
 rantie dedecus relabi potuisse, quod perfecto tantum est,
 ut id aīam, non pro alia re ulla, sed solum pro sale hēre ui-
 deatur. Quas ob res, nemini absquē turbatione animi cō-
 sideranti dubiū eē arbitror, magnos utrosquē hos uiros,
 de quorum collatiōe agitur, fuisse. In gentiaquē generi ho-
 minū, doctrina & eruditione ipsorum collata fuisse, ab
 altero calamitates, ruinas, ignorantia, multiplices atquē
 uarias hēreses, ab altero scientiam atquē cognitionē rerū
 & quæ ad hęc consecuntur, prudentiam in agēdo, for-
 titudinē in perpetiēdo, iustitiam in distribuēdo, mode-
 stiam in continēdo coercendoquē seipso, ne uoluptatum
 lenociniis atquē deliciis redundet, ac diffluet, felicita-
 tem deniquē humanā, & gratiæ, quæ per informatam ca-
 ritate fidē, nobis diuinitus dono datur, tantā quāta homi-
 nū, presidio fieri potest, confirmationē, atquē amplitudinē.

De origine lachrymarum & utilitate ipsarum.

Verum & si modus huius uoluminis hic statuer-
 endus erat, non uerebimur tamē, ne in maio-
 rē quā deceat ex crescat magnitudinē, si quā-
 tum nobis Aristoteles adpœnitentiā quoquē ac lachrymas

conducit, breuiter exponemus. Res enim hæc sic neces-
saria est ad salutem, ut scdm post baptismum locum possi-
dere phibeatur, ad quã nihil hoibus attulit Plato, atq;
utinam non cõtra salutem, doctrina sua militaret. I. a
chrýmas Aristoteles modicas, et loco et tpe laudat, ni-
hil eni qd natura sit, improbandum sentit, affectus autẽ
à natura esse datos, quæ cū sit dei lex, nihil frustra fa-
cere põt. Excessum in hmõi oibus et defectum impro-
bat, qd non nisi qstum, ad hanc uitam spectat, intellis-
gẽdum est, humanam enim et huius uitæ querebat,
non cœlorum felicitatem, qua de re uerbum quidem
unum tunc hoies faciebãt sed mutato fine, oia quæ ad
finẽ sunt, ab eo ipso mutari didicimus. Quare sicut edẽ
di et bibendi moderationẽ ieiunio, sicut modestam, ue-
nerẽ, uirginitate psecimus, sic et lachrimas, et poeni-
tendi dolorem, non terminis astrinximus, sed scripturæ
pceptis admoniti, tanto laudabiliora hæc eẽ putamus,
quanto maiora sunt. Pœnitentiæ nãq; dolor si etiã extin-
guat, mō cum lachrimis sit, uituperari non potest, hoc
ita se hẽre pspicuum est christianis. Quare non ẽ opus
multorum magnorumq; doctorum sententia, et ipsius
authoritate scripturæ id cõprobare, sed qd ad proposi-
tum attinet, Aristotelis doctrinam ostendamus, multũ
hanc ad rem, nobis cõducere, ut qd ecclesia prædicat,
id p ipm, quasi demonstrari uideatur, qd ut facilius li-
quidiusq; pspici possit, originẽ lachrimarum opacam
atq; abditam multis, collustrenus. Vniuersa quæ calore
in uaporem et quasi insumum, resoluntur, naturã ca-
loris accipiunt, sed calori apprimẽ leuitas inest ignea.

Itaq; sicut ignis superiora altioraq; petit, si resoluta uni-
uersa, relicto compacti corporis densiorisq; unde raris-
cebant loco, quo ad possunt, ascendunt. Verum si antea-
q; eo pueniant, ubi quies eis & mansio quasi sua conce-
ditur, aut frigesce incipiunt, aut altius progredi neque-
ant, cito ignea leuitate amissa, & in aqueam uersa na-
turam, aqueo pondere deferuntur. Horum alterum, de-
fluentes à frigidioris aeris regione ostendunt aquae, al-
terum in ambicis uidere licet, in quibus herbarum humi-
ditas, in fumum redacta, q; primum in ambicorum ter-
ram impacta fuerit, illico in aquam uersa deferitur, haec
ita gigni, tum ratione, tum oculis cernimus. Videmus
aut in corpore humano, ceu in ambico, tres praecipue
fieri ex resolutione (ut ita dicam) effumationes stomachi,
iecinoris, ac lienis & cordis, deflexus etiam, & quasi su-
morum uersiones, tres similiter atq; necessario singulas
singulis respondentes, narium, aurium, oculorum, nec est
ambiguum, quin nasi emunctio, descensusq; humidita-
tis huiusmodi, ortum à stomacho habeat, aurium sordes
alienae atq; iecinore proficisci, ipsorum situs membrorum,
indicat. Quas ob res ipsae patet, reliquum reliquo ac-
comodari & lacrimas ex oculis defluentes, à cordis
effumationibus, gigni necessarium esse. Adde quod nobilior
rerum euentus, nobiliorē semper habet originem, lacrimi
autē & aurium sordibus, & narium putido humore,
non minus praestant, q; cor uisceribus ceteris atq;
stomacho. Praeterea dolores & spei mirabilis coniunctio,
quae qualis sit modo explicabitur, necessario mirabiles,
constat scatebras, fontesq; aperit inauditos, quos in ocu-

lis cernere licet, ex ipsis enim solum, calidus adhuc præ magnitudine doloris, quasi uno momento, ascendat de feraturq; humor, genas solet irrigare. Hinc Homerus quoq; omnium poetarum præstantissimus, atq; adeo ipsius poesis fons et origo, calidas effundi, ex oculis lachrymas canens attestatur. Ad huc multi aliorum, defluxum originem, non aliam, quàm nos exposuimus, aperte dicunt, lachrymarum ingenue ignorare fatentur.

Quod uerisimile est Aristotelem, æternam esse salutem consequutum.

Quas orbes perspicuum iam undiq; factum est, non aliunde lachrymas, quàm ex effumationibus cordis in caput sursum, calore ductis, ac reuerberatione quadam, coactis, prassiusq; in humorem condensatis, latius descendere. Sed habet hæc res multas ambiguitates, nam nec semper fluunt et perpetue non nunquam, cum inceperint adeo sunt, ut non nisi una cum obitu, terminentur, ut mirum sit, unde tanta lachrymarum flumina erumpere possunt. Præterea totum desiccari earum fluentis corpus aspicitur, ut magis ex omnibus hominum membris, quàm ex uno corde trahi uideatur. Accedit quod si dolor cordis earum causa sit, ut uulgo dicitur, cur multi magnitudine doloris mori, nulla emissâ lachryma cernuntur? aut cur ingens dolor, si cum lachrymis est, non opprimit? si absque lachrymis citius suffocatur? Unde prisca et prudens illa græcia dolorē, quē ex moribus nostrorum maximum capimus, lachrymis multo magis ac facilius, quàm alia releuari posse non dubitans, flebili uoce decantare orationes in funere solebat, quas

monoclias uocant, quibus nihil aliud facere, qui scribunt
(nisi insaniant, nec se ipsos intelligant,) conantur, quibus
lachrimis consolari. Quod usque ad hunc diem fieri uir
denus, nam et uultu, et uoce, et gestu, complexuque lamē
tabili ac denique lachrimis ipsis, ut similitudine affecti,
natura duce commoueantur ad lachrimas, dolentes con-
citare consueuimus, quasi ea res sola exuperantem, possit
dolorē mitigare, et acriter insidentem, excutere. Hæc
ceteraque huiusmodi naturæ ductu fieri uidebimus, si rerum
ipsarum naturam intellexerimus. Principio penitus tenē
dum est, quanquam ex corde sursum ferri calore materia,
lachrimarum non sumus nescii, non semper tamen, id ac-
cidere solere, ipsa re cernimus. Sed quando calor cordis,
dolore agitatus, resolutio humore fumos sursum emittit.
Et quoniam in corde uitæ fons est, propterea nunquam
humore, nisi totius corporis ariditate, destituitur, confluit
enim undique naturæ uiribus attractus, ad sustentandum
cor, id est uitæ fundamentum atque originem uniuersus
corporis succus. Hac de causa, nec semper funduntur et non
nunquam, modo dolor duret ad mortem usque, lachrimæ
perdurant, sed multis nec lachrimula quidem una, quæ
uis magno pungantur dolore, cilia humectantur, non
enim omnis dolor ita cordis calorē excitat, ut humor qui
in eo est euaporet, sed ille solum qui cum spe est, spes enim
facit, ut quasi exiliat cor atque dilatetur, quo eius saltem
commotus humor et dolore resolutus ascendit nec et
si cor semper salit, quia semper homo sperat, materia
tamen lachrimis semper datur, sed quando et saltus,
ut ego arbitror, præ dolore maior, et dolor tum rerum

acerbitate uehementior, tum etiam spe qualis, quidam
 factus, dilatatis meatibus, excitatos calore fumos emit
 tit, hæc igitur dico ut lachrimæ promerentur, conueni
 re necesse est, dolorē compunctione quadam cordis,
 et spem illi dolori accommodatā et quasi proportiona
 tam, nā si spes non adest, saltus cordis desinit, si saltus
 desit, cōprimitur, pori cōcluduntur, calor intenditur, hu
 mor feruescit, nec evaporat, et ita dolor per uniuersa hæc
 in circulum quasi redactus crescit, et quæ desperationē cō
 secuntur augetur. Quare necesse est uitale cordis spi
 ritum undiq; circumseptum, extinguere. Sed uerba ipsius
 Aristotelis, hoc est scribere rerum naturæ, (naturæ nāq;
 scribā, ego eū et merito ut arbitror appellarim, quia sic
 scripsit ut oia dictante natura, scripsisse uideatur) attē
 tius oro audiamus. In tertio igitur de partibus animalium
 libro quæ tertius decimus, sicut latinè connumerant, inue
 nitur, ubi de pulmone sermo sibi est, hæc scribit. Pul
 mo igitur et spirandi organum est, et hēt principium
 motus à corde, facitq; spiritus ingressu dilationē, per
 spōgiositatem, et magnitudinē suā, cum enī extollitur
 spūs infuit, cū uero deprimitur, rursus egreditur, apte
 docet inspirandi respirandiq; facultatē, pulmone animalibus
 dari, ac iō nō in oibus, sed tantū in gressibilibus, quæ
 sola feruē respirant, pulmone inueniri, addit deinde.
 Quod autē ad saltum cordis pulmo locetur, non recte
 dicitur, solummō enim in hoīe, ut breuiter dicā, saltus
 accidit, solus enī in spe ac expectatione factus est, nec
 paruo in pluribus distat intervallo, locumq; habet nō
 paruum supra pulmone, ut nullā pulmo ad saltum cor/

dis conferat passionē, saltum cor facit, quē multi ex pul-
monis dilatione cōpressionēq; accidere dicentes arguū-
tur, primum quod saltus cordis, in hoīe solo inuenitur,
in cæteris oībus, quæ pulmonē habēt, nequaquā. Deinde
quod non paruum; inter pulmonē & cor intervallum est
ut spatium sufficere possit, ne quis putet saltum cordis
p̄ dilationē cōpressionēq; pulmonis fieri. Ad huc pul-
mo ait, nullam potest ad saltum cordis passionem, idest
motum aut uarietatem afferre. Sed quod ad propositum
nostrum attinet illud est, illud inquam est quod, in solo
hoīe saltum cordis fieri asseuerat, idq; non alia ratione
ostendit, nisi quia solus est in spe atq; expectatione fu-
turi, nā uentura expectare, sperare futurum quod optes,
cognitionis solius atq; rationis est, hæc futurorum ut
ipse inquit, expectatio saltum facit cordis, salit enī semp̄
expectans speransq;. Saltus uero futuros eius (sic enī
appellat meatus, aut potius poros) distrahit atq; apit,
p̄ quos ascendit resolutus calore humor, qui percussio-
ne, in aqueam cōuersus naturā, ac p̄ oculos effusus, la-
chrymarū uocabulo nominatur, quæ res idē quoq; ap-
probatur, q̄ lachrymas i cæteris defluere aialibus nō
uidemus, nam quia saltu cordis carent, nō sustollitur è
corde humor, qui est materia lachrymarū. Hume etari
tamen oculi nonnullorum cernuntur, quod ex solo pulmo-
nis fumo accidere necesse ē, quo circa minima, penitus
resolutio fit, non enī nisi ariditas cordis uniuersum cor-
poris succū potest attrahere. Principio enī uitæ soli sum-
mo opere laboranti, quoquō potest natura, et totius cōsum-
ptione corporis, subuenire conatur. Cū ergo dolor una,
cum spe

cum spe adest, uitalibus cōfertus spiritibus. sanguis, q̄
in cordis cōcauo est. Vnde uoluptatis dolorisq; sensus
primū, ut ipse uult, proficiscitur. Hic sanguis dolore efr
feruescēs p̄ poros, propter saltū aptiores effumat in ca
put, lachrymarū et origo secundū Aristotelē est. Hac
oīa, quæ ambigua uidebātur, uia dissoluūtur, atq; cla
rescunt. Hanc ita cōgruere ueritati catholicæ res ipsa
ostendit, ut ab uno cum ipsa ueritate fonte, sed diuersis
aīabus deriuata esse cognoscātur. Nā quod Aristoteles,
ut naturæ magister scripsit, id ipsum ecclesiæ doctores
gratia desup̄ illustrati, tradiderūt, Vtriq; igitur à deo,
q̄ est bonorū oīum causa. Sed ad aliū atq; alium finem
acceperunt. ille ad scientiā, reuelatio ad salutē cūctā
retulit. Quare ille materialē, efficiētēq; causam expo
suit, scriptura finale mihi solum p̄dicare uidetur, Nam
cum baptisma, salutis nostræ p̄cipiū quoddā sit, si sor
dibus peccatorum iniectis obruitur, nō inuenitur salutis
hoībus uia, nisi p̄ p̄nitentiā, p̄nitentiā porro nō oībus
bona est, sed sola quæ spe salutis iformatur. Quare sit,
ut p̄nitentiæ dolor, si absq; spe sit, cito uitali spiritu
cordis suffocato, hoīem iterimat, quod et multis, q̄ de
spatiōe laqueū sibi p̄pararūt accidisse nō ignoramus,
et Iudas, qui dominū tradidit, uerum esse testatur, t̄
magno enī p̄nitentiæ dolore p̄cussus, ut et pecuniā,
quā plurimi faciebat, abiecit, et magna peccatū uoce
confessus fuerit, et seipsum suspendio p̄diderit, spe nā
q; ablata, saltus cordis resedit, cuius casu cōclusus, in
cauo cordis spiritus uitalis, eū suffocasset, paulo post,
nisi seipsum ex desperatiōe ipse suffocasset, sed hæc qui

N

dem accidunt, si pœnitentiæ dolor sp̄e nō admittit, si
uero spes dolori, quasi forma inheret, deferuntur lauda-
biles, salubresq; lachrymæ, quas alterū Nazārenus il-
le, Gregorius lauacrū appellare nō dubitauit, nec id ī-
merito, nā sicut aqua baptismatis nō p̄ seipsam, sed per
aliud, cuius quasi signum est, peccata hoīs abluunt, sic la-
chrymæ non p̄ seipsas, sed p̄ aliud, quod uestigio mon-
strāt, salutē parant. Vestigiū enī probatæ sunt pœni-
tentiae, quæ dolore, ac spe, sicut ex materia, et forma
constare uidetur. Hæc ipsa ratio est, quare si quis lachry-
mis præ dolore male actæ uitæ confectus est, in cœlos
hac de causa euolasse credunt, cum nemo illuc, q̄ mor-
tem sibi consciuerit puenisse posse putetur, nā nec seip-
sum occidit, qui peccata lugebat sua, nec recta spes ul-
lum, frustrata unquam est.

Verum hic loci factus, nō iniuria quæritur, utrū
qui tot tantaq; hoīb; cū ad sciēdum, tū etiā
ad mores contulit, adiunēta, ut si solus non
fuisse, ne p̄cipia quidē naturalium sciētiarum haberē-
tur, sed neq; mores secundū naturā exculti, salutē con-
secutus sit, an cū cæteris uia salutis monstrauerit, quæ
post fidem recte uiuendi ratio est, cuius ipse magister p̄-
petuus esse cōceditur, longe à beatorū reiectis domici-
liis, acerbis, et sine fine suppliciis crucietur. Hoc ulti-
mum non simile solum ueri, sed oīno uerum multi arbi-
trantur, qui oēs gētes ante saluatoris tēpora uixerunt,
facile damnant, nemo enī īquirit, nisi saluatoris nomē
saluari potest. Durus sermo, et iniqua sentētia, si oēs
hoīes, quos uniuersa sæcula tulerunt p̄uisse uidebuntur,

Nec tamen negandum est, neminē absq; saluatore posse saluari, sed oīa tēporibus accōmodanda contenderim. Quare quā admodum, post saluatoris tēpora, ex inanita lege mosayca, nisi q̄s expresse crediderit, salutis particeps esse non poterit, sic ante aduētum eius, nō expressa, sed confusior, ac temporibus gentibusq; idonea confessio quærebatur, non enī erat opus expressa in saluatorem fide, sed abstrusa opacaq; . Qui enī potuisset homo, uel in ipsum deum p̄ atrem sincere cōfidere, cū etiā ipsum nomen eius, cunctis hoībus esset ignotum, nam si ueritas nunquā mentitur, ipse saluator ipse inquit & non alius, nomē dei hoībus manifestauit. Si ergo deus pater esse uerus ignorabatur, quis filiū dei & eum cum carne uēturū cōfiteretur? nemo prorsus. Accedit quod deus solum, quod possibile est à nobis flagitat, impossibile ne petit quidē. Præterea qui legē aput iudeos seruabant, non expressa, sed implicita quadā in saluatorem fide, saluabantur, nā qui legē sequebatur, & prophetis auscultabat, is eum expectabat, etiā si nihil ulterius cogitabat, qui à lege prophetisq; expectabatur. Quapropter gentiles quoq; similiter, q̄ simulachrorū cultum repudiabāt, & inani causam, rerum oīum factibāt, in saluatore, qui est prima rerum oīum causa, si recte uidebant, non iniuria saluam poterāt adipisci, præsertim si quod de nonnullis legimus errores hoīum, execrabiles idolorum cultus abhominati, uenturum tamē aliquem opinarentur, qui ab ea homines seruitute liberaret, hoc enī palā ad saluatorem referebatur. Vnde in nomine ipsius huiusmodi hoīes saluos esse, nemo negare aude-

N i i

bit. Attestatur his oibus, catholice fidei prædicatio, tri-
duo eni spatio apud inferos saluatore fuisse comoratum
credimus, & quoniam frustra id factum non fuit, quid
aliud illic fecisse putandus est, quam salutaria, defunctis
quoque sicut in hac uita predicasse? Hæc triduana salua-
toris mors; Gregoriū Nazāzenum iuduxit, ut scriberet
oēs, qui crediderunt, apud inferos saluos esse. Credide-
runt aut, ut ego arbitror, illi potissimum, qui salutis se-
mina in mentem felicem suā adhuc uiuentes, sicut in
agrum fecundum, proiecerunt. Hæc cum ita se habe-
ant, Aristotlem ostendimus iam nullā deorum multitudi-
nem coluisse, nec cælos, aut solem & lunā, ut tempo-
ra ferebant, adorasse, nec idolorum unquā aīo cultum
admisisse, quæ oīa non aliūde, quam à scriptis ipsius patre
possunt, nam ne uerbum quidem unū in tot eius libris
inuenies, quod ad stultam illorū temporū religionē, ido-
lorumque cultum, aut demonū preces, superstitionesque perti-
neat. Sed in unum deū, quem primam rerū oīum cau-
sam, & primū principium appellabat, uniuersa retulisse,
probeque uitam egisse, ut scripta eius significant, nam
nec alium scribendo lesisse; quod uulgo fit; nec se un-
quā extulisse inuenitur, & adhuc usque diem magis,
unus ad bene uiuendū hoibus profuit, quam oēs cæteri simul,
is exceptis solis, qui diuinitus ad instituendos hoies mis-
si sunt apte, Præterea cum iam extremum huius uitæ diē
aduenisse cognouisset dolore, ac spe in lachrymas pro-
fusus, primæ causæ misericordiā implorasse fertur. Ad-
huc sententia illā Homeri, quam in Ulixæa posuit, non eā
indecorū diis immortalibus in naturam ingredi hoīs, ut

hoies ab erroribus reuocēt, maxime solitus laudare tra-
ditur. Nec uerisimile id tātū, sed oīno futurū sibi uisum,
ut prima causa, unde uniuersa depēdent, hoīem indicat,
unde facilius atq; tutius pulsus erroribus oēs ad se cō-
uertat. Quæ oīa, si uera sunt, in cathalogo sanctorum
ego ipsum cōnumerare nō dubito, sin minus alicui in-
credibilia uideantur, ut tamē, quæ negari nō possunt,
salutem illi afferre suffecerūt, quod idola spernebat, qđ
unicā esse oīum causam oīpotentē, æternam, oībus pui-
dentem, eamq; instar corporis unā esse, ac trinā nō du-
bitabat, quod recte secundū naturæ leges uitā pēgit,
quod solum hoībus, qui nullam aliam habebāt doctri-
nam (Lex enim iudaica solis fuit data iudeis) satis ad
salutē fuisse credēdum, natura enim & deum unū esse
clamat, & idola eicit, & recte uiuere ratiois opehorta-
tur. Quæ cum illi affuerit oīa, aut cum beatis ipsum ui-
uere putā dum, aut sicui arduum id uidetur, tacere po-
tius. Ne si ad ipiorū loca benemeritū de hoībus hoīem
trudamus, ī magnū īgratitudinis dedecus dilabamur.

**LIBER TERTIVS DE VITA PHYLO-
sophorū Platonis & Aristotelis, quod de laude
unius, & turpitudine alterius in hoc Ter-
tio agitur libro, & qđ à scriptis eo-
rū uita sua est examināda.**

N iii